

1158

progreſſiuntur, quorum tantam multitudinem vidimus, quod, licet tentoria imperatoris a portis Mediolanensium satis fuerint remota, processio tamen illa a predictis portis usque ad tribunal imperatoris durabat. Predictus archiepiscopus a predictis episcopis adductus in osculo pacis recipitur et verbo facto, quod erga Mediolanum, imperialem civitatem antiquissimam, agat misericorditer, inter alios archiepiscopos collocatur. Post hec XII Mediolanenses consules electi gladios suos super colla sua prentes nudis pedibus, licet enim pluri-

mam offerent peccuniam, quod eis calciatis hanc satisfactionem facere liceret, nullomodo tamen obtinere potuerunt, suo ordine progrediuntur. Coram tot et tantis principibus imperatori suo sedenti pro tribunali super colla sua nudos offerunt gladios. Ex quibus Obertus de Orto consul, vir sapiens et lingue tam Lombardice quam Latine eruditus, in hec verba proripit:

Peccavimus, inique egimus, veniam petimus. Colla cf. 2. Par.
nostra, que ditioni et gladiis vestris subdimus, om- 6. 37
nium Mediolanensium et in his gladiis omnia tela
eorum imperiali potestati subdita esse. Imperator
vero singulorum recipiens gladios suis tradit

misericorditer P

archi ibrogger. P

ob hoc; h' P

116 ibrogger. P

posuerunt, ibrogger. P

na ibrogger. P

dice ibrogger. P

dice ibrogger. P

dedaramus nos. Vobis
non digne. S. D. D. D. D.
indigne. S. D. D. D. D.
manu.